



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

X. De ordine cognitionum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

De jurejurando calumniae dictum est *C. lib. 2 tit. 58.* §. Nota primo, etiam clericos jurare debere in causis propriis, non in causis ecclesiae. *cap. 1. & cap. 5.* §. Nota secundo, paratos, cum jurant, non tactis sed propositis tantum Evangeliiis jurare. *c. ultim. §. 5.* Nota tertio, *cap. 2.* hujus tituli, quo cavetur ut in causis spiritualibus non juretur de calumnia, abrogatum esse. *Inf. lib. 6. c. 1. §. ult.* Nota quarto, jure civili hoc jusjurandum nec expresse nec tacite posse praetermitti, quin iudicium reddatur nullum. *C. hoc. tit. 2. §. sed quia veremur.* jure autem canonico si hoc jusjurandum non expresse sed tacite sit remissum, id est, si petitum non sit, processum sustineri. *Infr. lib. 6. d. cap. 1. §. 1.* Haec acta sint de jurejurando calumniae.

*HX. De dilationibus.*

Sequuntur dilationes, de quibus dixi ad titulum. *D. de feriis & dilation.*

*IX. De feriis.*

Dilationum variae causae deinceps tractantur. Prima causa propter ferias, de quibus dixi *D. b. r.*

*X. De ordine cognitionum.*

Secunda causa est propter ordinem iudiciorum, de quo dictum est *C. de ordin. judic.* accidit enim, ut aliqua cognitio differatur,

d 4

donec

donec altera terminetur; exempli causa, cum de natalibus & hæreditate quæstio est, sustinetur, donec de natalibus pronuncietur. c. 3.

*XI. De plus petitionibus.*

**T**ertia causa est propter plus petitionibus de qua *C. b. i.* Nam si quis plus tempus petat: tempus, quo expectare debebat, duplicatur, atque ita petitio ejus differuntur, nec tempus hoc duplicatum effluxerit. *vers. ei vero. & Instit. de except. §. tempus. vers. hodie.*

*XII. De causa possessionis, & proprietatis.*

**Q**uarta causa est propter concursum petitorio & possessorii judicii. Nam petitorio prius possessionis quæstio finiri debet, quam petitorio agatur de proprietate. *interd. l. 3.* Jure tamen pontificio quæstiones possessoria possunt agitari una cum petitorio; alia vero sunt, quæ sui naturæ indicationem dominii præcedunt. c. 5. Quando possunt utraque judicia simul agitari, in pronuntiatione judicis præmittitur possessio, in executione prævalet proprietatis.

*XIII. De restitutione spoliatorum.*

**C**um autem aliquid de spolio conquisitum prius possessio debet ei restitui, quantum us proprietatem petens audiatur. c. 1. & c. 2.